rum instar cerberi spiritali percutiendus est claua. ut aeterno cum suo
magistro plutone silentio conticescat; Verum haec & aliàs. nunc in hie-
remiam tertium aggrediar librum. in quo conabor frater eusebi.
latissimos explanationum campos. angusta commentariorum semita
l·vi· coartare. Iustus quidem tu es domine. si disputem tecum. siue quia satis
faciam tibi. uerumtamen iudicia loquar ad te; Quid est quod uia
impiorum prosperatur. Bene est omnibus qui praeuaricantur
& inique agunt. Plantasti eos. & radicem miserunt. proficiunt
siue generauerunt filios. & faciunt fructum. prope es tu ori eorum.
& longe a renibus eorum; Contra omnes quidem inique a-
gentes. ista disputatio est. & septuagesimi secundi psalmi
breuiter sententia comprehenditur. in qua propheta ait.
Quam bonus deus israhel. his qui recto sunt corde; Mei autem
pene moti sunt pedes. pene effusi sunt gressus mei; Quia ze-
laui in peccatoribus. pacem peccatorum uidens. & cetera;
Sed proprie contra hereticos di citur. qui cum sint impii-
uia eorum prosperatur. Gene rantque filios. eos quos
in heresi deceperint & preuari cantur; & inique agunt
ita ut ecclesiam spolient. & dum in prauitate sententiae
perseuerant. lactent se a deo esse plantatos. & radicem misisse.
generasse filios. & attulisse fructum. qui cum christi nomen sae-
pius replicent. habitatorem sui non habent dominum. iuxta illud
isaiae. populus hic labiis me honorat. cor uero eius lon-
lvii· ge est a me; Et tu domine nosti me uidisti me. & probasti cor meum.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0126